τῆς Ἰουδαίας καὶ διεσπάρησαν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. τοσαύτη δὲ ἐδόθη χάρις καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Κυριακῷ, ὥστε λόγῳ καὶ ἐμφυσήματι καὶ δαίμονας ἀπελαύνειν. καὶ δὴ λαβοῦσα τὰ τίμια καὶ ἅγια ξύλα τοῦ πανσέπτου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τοὺς ἁγίους σεβασμίους ἥλους, ἐν οἷς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν προσηλωθῆναι δι' ἡμᾶς κατεδέξατο, καὶ ἀποκαταστήσασα αὐτὰ ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ πιστεύσασα ἀκριβῶς, καὶ θεοσεβῶς τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ τριάδι, καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ἐν παντὶ τόπῳ τῆς παροικίας αὐτῆς πλατύνασα, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη, παραγγείλασα πᾶσι τοῖς τὸν Χριστὸν σεβομένοις τελεῖν τὴν μνήμην τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ εὑρέθη ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, μηνὸς σεπτεμβρίου τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἵνα ὅσοι μνημονεύουσι τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, τύχωσι τῆς μερίδος τῆς θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

YMNUS DE SANCTA CRVCE

Crux tua Christe salus hominum
Abstulit omne nefas ueterum
Quos dolus hosticus illicitos
f. 77 Implicuit ‖ uiolare cybos ∵

Criminis huius ob exitium
Tu pius es datus in pretium
Surculus ut nocuus ueniae
Cederet arboris innocuae ∵

Hoc uenerabile robur humi·
Post obitum latuit domini·
Tempora regis adusque pii
Ex Helena genitrice sati ∵

Quo Latio caput imperii
Absque metu moderante sui
Cum ualida furor hunc acie
Ceperat hosticus irruere ∵

Ilicet anxius ipse sui·
Redditus est super hoc animi
Ne sibi copia suppeteret
Qua fera pectora comprimeret ∵

Ast ubi fessa quiete fouens·
Corpora strauerat umbra silens·
Tum sopor arripiens animum
Principis obtinuit tumidum ∵

Ecce figura crucis medio
Enituit rutilans polo
Claraque uox super intonuit·
'Vince per hoc pie Cesar' ait ∵

Denique spe redeunte sibi
Mox ope non dubię fidei
Edita signa crucis populo
Signifer extulit ipse suo ∵

Cernere prorsus erat miseros
Sic dare terga fuga trepidos·
Qualiter arbore decidua
Arida uentus agit folia ·,

f. 77′ ⟨H⟩inc animatus amore dei·
Rex sua colla iugo fidei
⟨S⟩ubdidit · et renouante sacro
Aecclesiam subiit lauacro;

At simili pietate uigens
Ipsius Helena dia parens
Sedula de cruce continuum·
Querere ceperat indicium ·.·

Plurima gentis et Hebraicę
Iusserat agmina colligere·
Quo sibi sponte palam faceret·
Tecta negocia que cuperet ·.·

Corda sed impia cassa fide·
Fixit aculeus inuidię
Suppliciis mage uelle mori·
Munera quam reserare dei ·,·

Quos simul igne cremare iubens·
Absque mora basilissa potens
Compulit hos fore ueridicos·
Quos sua fraus tulit ante reos ·.·

Nomine namque Iudam socium·
Tradere disposuere suum·
Regius hocque dato placidam
His uigor exhibuit dominam ·.·

Solius inde Iudae licito
Aptius utitur aeloquio
Quo sibi Caluariae loculum
Detegeret cruce magnificum ·,·

Nec minus his quoque Iudaico·
Obstitit ille furens animo
Ceu sibi non ea no^t^na forent
f. 78 Secula quę ‖ modo cuncta tenent ⁖

Sensit ut haec sapiens domina
Hunc humili positum fouea
Fecit ibi mala digna pati;· r̃
. . . .

Orbita septima solis ubi·
Se radiis reserauit ei·
Lucis amore cybique fraglans flagr
Misit ad alta preces querulas ⁖

'Iam satis ecce lui scelerum·
Quęso dari ueniae spatium·
Quae petitis manifesta dabo
Hac nece me releuate modo' ⁖

Postea dicta manus iuuenum·
Funibus exhibitis miserum·
Fecibus eripiendo luti
Exposuit super ora laci ··

Preuius ille gradu celeri
Venit adusque locum tumuli
Munera qui ueneranda crucis
Clausa suis habuit latebris ⁖

Inde uiriliter infodere
Cepit in ima patente scrobe
Pretulit et sua uota polo
Dante fidem sibimet domino ⁖

Enituit crucis ecce decus
Candidula niue lucidius·
Hinc odor exit aromaticus·
Nectare mellifluo satius ⁖

Forte crucis inibi geminę
Cum simul hac fuerant aliae
Cum domino quibus ante rei·
Pro meritis fuerant positi ·;·

f. 78′ De quibus extitit ambiguum
Quae foret illa ferens dominum·
Cum perimens moriendo necem·
Restituit superis hominem ∴

Menibus urbis at interea·
Prodiit exanimis uidua·
Non minimo populo comite·
Commiserante situm miserae ∵

Substitit utraque turba loco
Corpore cum crucibus posito
Vt sacra crux tetigit gelidam·
Spiritus intus alebat eam·

Dęmonis at super hoc rabies
Aera uoce graui feriens·
Questus erat sacra dona dei·
Esse reperta piis decori·

Arguit hunc ad hi . . . . domi⟨tas⟩
Iam solidus pietate Iudas
Tartareumque subire chaos
Iussit ut aufugeret superos

Gaudia plena dehinc populis
Addidit ipse fide stabilis·
Saluifico simul aere dato
Quo fuerat sacra fixa caro·

Hoc precium modo diuitias
Omnigenas hominum superans
Perfida corda furore necat·
Astraque Christicolis reserat· AMEN

TESTIMONIA INVENTAE SANCTAE CRVCIS.

S. Cyrillus catech. IIII 10 p. 57 Touttée: Οὗτος ἐσταυρώθη ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἀληθῶς. κἂν γὰρ ἀρνήσασθαι βουληθῇς, ὁ τόπος ἐλέγχει σε φαινόμενος, ὁ μακάριος οὗτος Γολγοθᾶς, ἐν ᾧ νῦν διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σταυρωθέντα συγκεκροτήμεθα. καὶ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πᾶσα λοιπὸν ἡ οἰκουμένη κατὰ μέρος ἐπληρώθη. X 19 p. 146: Τὸ ξύλον τὸ ἅγιον τοῦ σταυροῦ μαρτυρεῖ μέχρι σήμερον παρ' ἡμῖν φαινόμενον· καὶ διὰ τῶν κατὰ πίστιν ἐξ αὐτοῦ λαμβανόντων, ἐντεῦθεν τὴν οἰκουμένην πᾶσαν σχεδὸν ἤδη πληρῶσαν. XIII 4 p. 184: Ἐλέγχει με τοῦ σταυροῦ τὸ ξύλον, τὸ κατὰ μικρὸν ἐντεῦθεν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ λοιπὸν διαδοθέν. Ad Constantium imp. epist. (7. mai. 351) c. 3 p. 352: Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνστανίνου τοῦ σοῦ πατρὸς τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ ξύλον ἐν Ἱεροσολύμοις ηὕρηται· τῆς θείας χάριτος τῷ καλῶς ζητοῦντι τὴν εὐσέβειαν τῶν ἀποκεκρυμμένων ἁγίων τόπων παρασχούσης τὴν εὕρεσιν.

S. Gregorius Nyssenus de uita s. Macrinae (a. 379) (Opp. ed. Paris. 1638 t. II p. 198 D): Καὶ σὺ μὲν ἔχε τὸ τοῦ σταυροῦ φυλακτήριον· ἐμοὶ δὲ ἀρκέσει ἡ τοῦ δακτυλίου κληρονομία· καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς τούτου σφραγῖδος ὁ σταυρὸς ἐκεχάρακτο. ᾧ ἐνατενίσασα φησὶ πάλιν πρὸς ἐμὲ ἡ γυνή· οὐκ ἀποσκοποῦσα γέγονεν ἡ ἐκλογὴ τοῦδε κτήματος, κοῖλος γὰρ κατὰ τὴν σφενδόνην ἐστὶν ὁ δακτύλιος, καὶ ἐν αὐτῷ ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς κατακέκρυπται καὶ οὕτως ἄνωθεν ἡ σφραγὶς τῷ ἰδίῳ τύπῳ μηνύει τὸ ὑποκείμενον.

Peregrinatio uirginis Aquitanae ad loca sancta p. 78—103 ed. I. F. Gamurrini (Biblioteca dell' Accademia storico-giuridica IV. Romae 1887).

Paulae et Eustochii ad Marcellam de locis sanctis epistula 7, a. 386 (inter s. Hieronymi epist. 46 Opp. ed. Vall. Ven. I c. 208 E): Ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam saluatoris intrare? in sepulcro domini flere cum

sorore, flere cum matre? crucis deinde lignum lambere et in Olilueti monte, cum ascendente domino, uoto et animo subleuari?

S. Iohannis Chrysostomi Quod Christus sit Deus 10 t. I p. 571 E Montf.: Αὐτὸ δὲ τὸ ξύλον ἐκεῖνο, ἔνθα τὸ ἅγιον ἐτάθη ϲῶμα καὶ ἀνεϲκολοπίϲθη, πῶϲ ἐϲτι ἀμφιμάχητον ἅπαϲι; καὶ μικρόν τι λαμβάνοντεϲ ἐξ ἐκείνου πολλοὶ καὶ χρυϲῷ κατακλείοντεϲ καὶ ἄνδρεϲ καὶ γυναῖκεϲ τῶν τραχηλῶν ἐξαρτῶϲι τῶν ἑαυτῶν καλλωπιζόμενοι; In Ioh. hom. 85, 1 t. VIII p. 505: Ἐπειδὴ γὰρ κατεχώϲθη τοῦ ϲταυροῦ τὸ ξύλον, ὡϲ οὐδενὸϲ αὐτὸν ἀνελέϲθαι ϲπουδάζοντοϲ τὸ καὶ φόβον ἐπικεῖϲθαι, καὶ πρὸϲ ἕτερα κατεπείγοντα τοὺϲ πιϲτεύονταϲ ϲπεύδειν· ἔμελλε δὲ χρόνοιϲ ὕϲτερον ἐπιζητεῖϲθαι· εἰκὸϲ δὲ τοὺϲ τρεῖϲ ὁμοῦ κεῖϲθαι ϲταυρούϲ, ἵνα μὴ ἀγνοῆται ὁ τοῦ δεϲπότου, πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ μέϲον αὐτὸν κεῖϲθαι, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τίτλου δῆλοϲ πᾶϲιν ἐγένετο. οἱ γὰρ τῶν ληϲτῶν τίτλουϲ οὐκ εἶχον.

S. Ambrosii de obitu Theodosii oratio a. 395 (Opp. Paris. 1690 t. II cap. 43. 45—47 col. 1210 sq.): Venit ergo Helena, coepit reuisere loca sancta, infudit ei spiritus, ut lignum crucis requireret, accessit ad Golgotha et ait: . . . (c. 45) Aperit itaque humum, decutit puluerem: tria patibula confusa reperit, quae ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non potuit obliterari Christi triumphus. Incerta haeret: haeret, ut mulier; sed certam indaginem sanctus spiritus inspirat, eo quod duo latrones cum domino crucifixi fuerint. Quaerit ergo medium lignum. Sed poterat fieri, ut patibula inter se ruina confunderet, casus inuerteret. Redit ad euangelii lectionem, inuenit, quia in medio patibulo praelatus titulus erat: 'Iesus Nazarenus rex Iudaeorum'. Hinc collecta est series ueritatis, titulo crux patuit salutaris. Hoc est, quod petentibus Iudaeis Pilatus respondit: 'Quod scripsi, scripsi', id est, non ea scripsi, quae uobis placerent, sed quae aetas futura cognosceret. Non uobis scripsi, sed posteritati; propemodum dicens: Habeat Helena quod legat, unde crucem domini recognoscat. (46) Inuenit ergo titulum, regem adorauit, non lignum utique; quia hic gentilis est error, et uanitas impiorum: sed adorauit illum, qui pependit in ligno, scriptus in titulo: illum, inquam, qui sicut scarabaeus clamauit, ut persecutoribus suis pater peccata donaret. Auida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare sacramentum salutis. Laeto corde, et trepidanti uestigio, quid faceret, nesciebat. Pertendit tamen ad cubile ueritatis, lignum refulsit, et gratia micuit. Et quia iam feminam uisitauerat Christus in Maria, spiritus in Helena uisitauit: docuit eam, quod mulier ignorabat, et deduxit in uiam, quam mortalis scire non poterat. (47) Quaeuisit clauos, quibus crucifixus est dominus, et in-

uenit. De uno clauo frenos fieri praecepit, de altero diadema intexuit: unum ad decorem, alterum ad deuotionem uertit. Visitata est Maria, ut Euam liberaret: uisitata est Helena, ut imperatores redimerentur. Misit itaque filio suo Constantino diadema gemmis insignitum, quas pretiosior ferro innexas crucis redemptionis diuinae gemma conecteret. Misit et frenum. Vtroque usus est Constantinus, et fidem transmisit ad posteros reges. Principium itaque credentium imperatorum sanctum est, quod super frenum: ex illo fides, ut persecutio cessaret, deuotio succederet.

Rufini Aquileiensis hist. eccl. lib. X c. 7—8: Per idem tempus Helena Constantini mater femina incomparabili fide, religione animi ac magnificentia singulari, cuius uero Constantinus cum esset filius et crederetur, diuinis admonita uisionibus Hierosolymam petit atque ibi locum, in quo sacrosanctum corpus Christi patibulo adfixum pependerat, ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quod ab antiquis persecutoribus simulacrum in eo Veneris fuerat defixum, ut, siquis Christianorum in loco illo Christum adorare uoluisset, Venerem uideretur adorare; et ob hoc infrequens et paene obliuioni datus fuerat. Sed cum, ut supra diximus, religiosa femina properasset ad locum caelesti sibi indicio designatum, cuncta ex eo profana et polluta deturbans, in altum purgatis ruderibus, tres confuso ordine repperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris laetitiam unius cuiusque crucis indiscreta proprietas. Aderat quidem et titulus ille, qui Graecis et Latinis et Hebraeicis litteris a Pilato fuerat conscriptus, sed nec ipse satis euidenter dominici prodebat signa patibuli. Hic iam humanae ambiguitatis incertum diuinum flagitat testimonium. Accidit in eadem urbe primariam quandam loci illius feminam graui aegritudine confectam seminecem iacere. Macarius per idem tempus ecclesiae illius episcopus erat. Is ubi cunctantem reginam atque omnes pariter, qui aderant, uidet, 'Afferte huc' inquit 'totas, quae repertae sunt, cruces, et, quae sit, quae portauerit dominum, nunc nobis aperiet Deus.' Et ingressus cum regina pariter et populis ad eam, quae decumbebat, defixis genibus huiusmodi precem profudit: (cap. 8) 'Tu domine, qui per unigenitum filium tuum salutem generi humano per passionem crucis conferre dignatus es, et nunc in nouissimis temporibus adspirasti in corde ancillae tuae perquirere lignum beatum, in quo salus nostra pependit, ostende euidenter ex his tribus, quae crux fuerit ad dominicam gloriam, uel quae extiterint ad seruile supplicium, ut haec mulier, quae semiuiua decumbit, statim ut eam lignum salutare contigerit, a mortis ianuis reuocetur ad uitam.' Et cum hoc dixisset, adhibuit primo unam ex tribus et nihil profecit. Adhibuit se-

cundam, nec sic quidem aliquid actum est. Vt uero admouit tertiam, repente apertis oculis mulier consurrexit, et stabilitate uirium recepta, alacrior multo, quam dum sana fuerat, tota domo discurrere et magnificare domini potentiam coepit. Sic euidenti indicio regina uoti compos effecta, templum mirificum in eo loco, in quo crucem reppererat, regia ambitione construxit. Clauos, quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos composuit, quibus uteretur ad bellum. Et ex aliis galeam nihilominus belli usibus aptam fertur armasse. Ligni uero ipsius salutaris partem detulit filio, partem uero thecis argenteis conditam dereliquit in loco, quae etiam nunc ad memoriam sollicita ueneratione seruatur.

Paulini Nolani epistula ad Seuerum 31: Hadrianus imperator existimans se fidem Christianam loci iniuria peremptorum, in loco passionis simulacrum Iouis consecrauit; ..... et super crucem, ad quam orbe concusso et sole refugo et dissilientibus mortuorum excitatione monumentis rerum natura nutauerat, stabat simulacrum daemonis et ara simulacri pecudum busta fumabat.... Mansit hoc saeculi prioris nefas in tempora nostris proxima Constantini, qui princeps esse principibus Christianis non magis sua quam matris Helenae fide meruit: quae diuino, ut exitus docuit, inspirata consilio, cum Hierosolymam agnosceret nomine, quae Augusta cum filio conregnabat, eum rogauit, ut sibi facultatem daret cuncta illic loca dominicis impressa uestigiis et diuinorum erga nos operum signata monumentis purgare, destructis templis et idolis, ab omni profanae impietatis contagio, et religioni suae reddere, ut ecclesia tandem in terra originis suae celebraretur. Itaque prompto filii imperatoris assensu mater Augusta, patefactis ad opera sancta thesauris, toto abusa fisco est: quantoque sumptu atque cultu regina poterat et religio suadebat, aedificatis basilicis contexit omnes et excoluit locos, in quibus salutaria nobis mysteria pietatis suae, incarnationis et passionis et resurrectionis atque ascensionis sacramentis dominus redemptor impleuerat... Sed in historia crucis accipite magnum et uere diuinum miraculum. Regina illa uenerabilis ut uenit Hierosolymam, diligenter et pie locis, illic et circa omnibus, diuinorum curiosa insignium, et oculis haurire gestiens fidem, quam piis auribus litterisque perceperat, crucem domini studiosissime inquirere adorsa est. Sed quae uia uel ratio inueniendi subesset, cum index idoneus nemo inueniri posset, ubi memoriam et curam religiosae conscientiae uel obseruantiae et antiquitas aeui et superstitionis impiae diuturnitas aboleuisset? Verum ipso omnium et terris et animis opertorum conscio et teste domino, fidelis mulier sanctum spiritum per affectum pium meruit: quo aspirante, cum rem ab humana conscientia diuinitus remotam

frustra diligens requisisset, de loco tantum passionis certior fieri studuit. Itaque non solum de Christianis doctrina et sanctitate plenos uiros, sed et de Iudaeis peritissimos, ut propriae (qua miseri et gloriantur) impietatis indices exquisiuit, et accitos in Hierosolymam congregauit. Tum omnium una de loco testificationis confirmata, iussit illico, urgente sine dubio conceptae reuelationis instinctu, in ipsum locum operam fossionis accingi; parataque mox ciuium pariter et militari manu, breui laborem istius molitionis hausit; et contra spem omnium, sed secundum ipsius tantum reginae fidem alta egestione reseratis terrae sinibus, abditae crucis arcana patuerunt. Sed cum tres pariter cruces, ut quondam fixae domino et latronibus steterant, repertae fuissent, gratulatio repertarum coepit anxia dubitatione confundi iusto piorum metu, ne forsitan aut pro cruce domini patibulum latronis eligerent, aut salutare lignum pro stipite latronis abiciendo uiolarent. Respexit pias fideliter aestuantium curas dominus, et ipsi potissimum, quae tam piae sollicitudinis princeps erat, huius consilii lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri et inferri iuberet. Nec mora, uerbum factum, cadauer inlatum est: deponitur, iacenti una de crucibus admouetur et altera: sed reorum ligna mors spreuit. Postremo dominicam crucem prodit resurrectio, et ad salutaris ligni tactum morte profuga funus excussum et corpus ereptum est, tremefactisque uiuentibus stetit mortuus; et funebribus, ut Lazarus quondam, uinculis expeditus, illico inter spectatores suos rediuiuus incessit. Ergo crux domini tot operta aetatibus et Iudaeis in tempore passionis abscondita, neque gentibus in aedificatione fani terram sine dubio ad ipsam fabricam egerentibus reuelata, nonne diuina manu latuit, ut nunc inueniretur, cum religiose quaereretur? Ita, ut crucem Christi decuit, experimento resurrectionis inuenta et probata crux Christi est, dignoque mox ambitu consecratur, condita in passionis loco basilica, quae auratis corusca laquearibus, et aureis diues altaribus, arcano positam sacrario crucem seruat; quam episcopus urbis eius quotannis, cum pascha domini agitur, adorandam populo princeps ipse uenerantium promit. Neque praeter hanc diem, qua crucis ipsius mysterium celebratur, ipsa, quae sacramentorum causa est, quasi quoddam sacrae sollemnitatis insigne profertur, nisi interdum religiosissimi postulent, qui hac tantum causa illo peregrinati aduenerint, ut sibi eius reuelatio quasi in pretium longinquae peregrinationis deferatur. Quod solum episcopi beneficio obtineri ferunt: cuius et tantum munere de eadem cruce haec minuta sacri ligni ad magnam fidei et benedictionis gratiam haberi datur. E Paulino pendet Sulpicii Seueri chron. II 33—34.

S. Hieronymi epist. 58, 3 ad Paulinum (Opp. ed. Vall. Ven. t. I c. 321 B): Ab Hadriani temporibus usque ad impe-

rium Constantini per annos circiter centum octoginta in loco resurrectionis simulacrum Iouis, in crucis rupe statua ex marmore Veneris a gentibus posita colebatur: existimantibus persecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem resurrectionis et crucis, si loca sancta per idola polluissent. Epist. 108 ad Eustochium 9 (I c. 697 B): Prostrataque (Paula) ante crucem, quasi pendentem dominum cerneret, adorabat. Cf. eiusdem fragmentum ap. Ioannem Damascenum de imaginibus orat. III, 3 (Opp. tom. I p. 385 ed. M. Lequien. Ven. 1748).

S. Cyrillus Alexandrinus in Zachar. comm. 94 (Opp. ed. Aubert t. III p. 812 E): Φαcὶ γὰρ ὅτι εὕρηται μὲν κατὰ καιροὺc τὸ τοῦ cταυροῦ ξύλον, ἐμπεπαρμένουc ἔτι τοὺc ἥλουc ἔχον· ὧν ἕνα λαβὼν ὁ εὐcεβὴc Κωνcταντῖνοc ἐπὶ χαλινὸν γενέcθαι τῷ ἵππῳ τῷ ἰδίῳ παρεcκεύαcεν, εὐλογεῖcθαι παρὰ θεοῦ καὶ διὰ τούτου πεπιcτευκώc. Idem contra Iulianum lib. VI p. 194 sq. ed. Spanheim (Lips. 1696) refutauit Iulianum imp. exprobrantem τὸ τοῦ cταυροῦ προcκυνεῖτε ξύλον, εἰκόναc αὐτοῦ cκιαγραφοῦντεc ἐν τῷ μετώπῳ καὶ πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐγγράφοντεc.

Socratis hist. eccl. I c. 17: Ἡ τοῦ βαcιλέωc μήτηρ Ἑλένη, ἧc ἐπονόματι τὴν ποτὲ κώμην Δρεπάνην πόλιν ποιήcαc ὁ βαcιλεὺc Ἑλενούπολιν ἐπωνόμαcε, δι᾽ ὀνείρων χρηματιcθεῖcα, εἰc τὰ Ἱεροcόλυμα παρεγένετο· καὶ τὴν ποτὲ Ἱερουcαλὴμ ἔρημον ὡc ὀπωροφυλάκιον κατὰ τὸν προφήτην [*Es. 1, 8*] εὗροῦcα, τὸ τοῦ Χριcτοῦ μνῆμα, ἔνθα ταφεὶc ἀνέcτη, cπουδαίωc ἐζήτει· καὶ δυcχερῶc μέν, cὺν θεῷ δὲ εὑρίcκει· τίc δὲ ἡ αἰτία τῆc δυcχερείαc, διὰ βραχέων ἐρῶ. ὅτι οἱ μὲν τὰ τοῦ Χριcτοῦ φρονοῦντεc μετὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθουc ἐτίμων τὸ μνῆμα, οἱ δὲ φεύγοντεc τὰ τοῦ Χριcτοῦ, χώcαντεc τὸν τόπον, Ἀφροδίτηc κατ᾽ αὐτοῦ ναὸν καταcκευάcαντεc ἐπέcτηcαν ἄγαλμα, μὴ ποιοῦντεc μνήμην τοῦ τόπου· τοῦτο μὲν οὖν πάλαι προὐχώρει· τῇ δὲ μητρὶ τοῦ βαcιλέωc φανερὸν τοῦτο ἐγένετο. καθελοῦcα οὖν τὸ ξόανον, καὶ τὸν τόπον ἐκχώcαcα καὶ καθαρὸν ἐργαcαμένη, τρεῖc εὑρίcκει cταυροὺc ἐν τῷ μνήματι· ἕνα μὲν τὸν μακαριcτόν, ἐν ᾧ Χριcτὸc ἐξετανύcθη· τοὺc δὲ ἑτέρουc, ἐν οἷc οἱ cυcταυρωθέντεc δύο λῃcταὶ ἐτεθνήκεcαν· cὺν αὐτοῖc δὲ εὕρητο καὶ ἡ τοῦ Πιλάτου cανίc, ἐν ᾗ βαcιλέα τὸν Ἰουδαίων τὸν cταυρωθέντα Χριcτὸν προcγράφων ἐν διαφόροιc γράμμαcι ἐκήρυττεν· ἐπεὶ δὲ ἀμφίβολοc ἦν ὁ cταυρὸc ὁ ζητούμενοc, οὐχ ἡ τυχοῦcα λύπη κατεῖχε τὴν τοῦ βαcιλέωc μητέρα. οὐκ εἰc μακρὰν δὲ παύει τὸ τῆc λύπηc ὁ τῶν Ἱεροcολύμων ἐπίcκοποc, ᾧ ὄνομα ἦν Μακάριοc. λύει δὲ πίcτει τὸ ἀμφίβολον, cημεῖον γὰρ ᾔτει παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐλάμβανε. τὸ δὲ cημεῖον ἦν τοιοῦτο· γυνή τιc τῶν ἐγχωρίων, νόcῳ χρονίᾳ ληφθεῖcα, πρὸc αὐτῷ λοιπὸν τῷ θανάτῳ ἐγένετο. προcάγεcθαι οὖν τῇ ἀποθνηcκούcῃ τῶν cταυρῶν ἕκαcτον ὁ ἐπίcκοποc παρεcκεύαcε, πιcτεύcαc

ἀναρρωcθῆναι τὴν γυναῖκα, ἁψαμένην τοῦ τιμίου σταυροῦ· καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτε. προσενεχθέντων γὰρ τῶν μὴ κυρίων δύο σταυρῶν ἔμενεν οὐδὲν ἧττον ἡ γυνὴ ἀποθνήσκουσα. ὡς δὲ ὁ τρίτος ὁ γνήσιος προσηνέχθη, ἡ ἀποθνήσκουσα εὐθὺς ἀνερρώσθη, καὶ ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἦν. τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον εὕρηται. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ οἶκον μὲν εὐκτήριον ἐν τῷ τοῦ μνήματος τόπῳ πολυτελῆ κατεσκεύασεν, Ἱερουσαλὴμ τε νέαν ἐπωνόμασεν, ἀντιπρόσωπον τῇ παλαιᾷ ἐκείνῃ καὶ καταλελειμμένῃ ποιήσασα. τοῦ δὲ σταυροῦ μέρος μέν τι θήκῃ ἀργυρᾷ περικλείσασα, μνημόσυνον τοῖς ἱστορεῖν βουλομένοις, αὐτόθι κατέλιπε. τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἀποστέλλει τῷ βασιλεῖ. ὅπερ δεξάμενος, καὶ πιστεύσας τελείως σωθήσεσθαι τὴν πόλιν, ἔνθα ἂν ἐκεῖνο φυλάττηται, τῷ ἑαυτοῦ ἀνδριάντι κατέκρυψεν, ὃς ἐν τῇ κατὰ Κωνσταντῖνον πόλει, ἐν τῇ ἐπιλεγομένῃ ἀγορᾷ Κωνσταντίνου, ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ καὶ μεγάλου κίονος ἵδρυται. τοῦτο μὲν ἀκοῇ γράψας ἔχω, πάντες δὲ σχεδὸν οἱ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν οἰκοῦντες, ἀληθὲς εἶναι φασί. καὶ τοὺς ἥλους δέ, οἳ ταῖς χερσὶ τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν ἐνεπάγησαν, ὁ Κωνσταντῖνος λαβὼν (καὶ γὰρ καὶ τούτους ἡ μήτηρ ἐν τῷ μνήματι εὑροῦσα ἀπέστειλεν) χαλινούς τε καὶ περικεφαλαίαν ποιήσας ἐν τοῖς πολέμοις ἐκέχρητο. ἐχορήγει μὲν οὖν πάσας τὰς ὕλας ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν κατασκευὴν τῶν ἐκκλησιῶν. ἔγραψε δὲ καὶ Μακαρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ, ἐπισπεύδειν τὰς οἰκοδομάς.

Sozomenus hist. eccl. II 1: Ὠιήθη (ὁ βασιλεὺς) δεῖν οἶκον εὐκτήριον τῷ θεῷ κατασκευάσαι ἐν Ἱεροσολύμοις ἀμφὶ τὸν καλούμενον κρανίου τόπον· περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Ἑλένη ἡ αὐτοῦ μήτηρ ἧκεν εἰς Ἱεροσόλυμα, εὔξασθαί τε καὶ τοὺς ἐνταῦθα ἱεροὺς ἱστορῆσαι τόπους· εὐλαβῶς δὲ περὶ τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν διακειμένη, περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο τοῦ σεβασμίου σταυροῦ τὸ ξύλον εὑρεῖν· ἦν δὲ οὔτε τούτου οὔτε τοῦ θεσπεσίου τάφου ἡ εὕρεσις ῥᾳδία· οἱ γὰρ πάλαι τὴν ἐκκλησίαν διώξαντες Ἕλληνες, ἔτι φύεσθαι ἀρχομένην τὴν θρησκείαν πάσῃ μηχανῇ σπουδάσαντες ἐκτεμεῖν, ὑπὸ πολλῷ χώματι τὸν τῇδε τόπον κατέκρυψαν, καὶ εἰς ὕψος ἤγειραν βαθύτερον ὑπάρχοντα, ὡς καὶ νῦν φαίνεται· περιλαβόντες δὲ πέριξ πάντα τὸν τῆς ἀναστάσεως χῶρον καὶ τοῦ κρανίου διεκόσμησαν· καὶ λίθῳ τὴν ἐπιφάνειαν κατέστρωσαν· καὶ Ἀφροδίτης ναὸν κατεσκεύασαν, καὶ ζῴδιον ἱδρύσαντο· ὥστε τοὺς αὐτόθι τὸν Χριστὸν προσκυνοῦντας δόξαι τὴν Ἀφροδίτην σέβειν καὶ τῷ χρόνῳ εἰς λήθην ἐλθεῖν τὴν ἀληθῆ αἰτίαν τοῦ περὶ τὸν τόπον σεβάσματος, μήτε τῶν Χριστιανῶν ἀδεῶς εἰς τοῦτο φοιτᾶν ἢ ἑτέροις καταμηνύειν τολμώντων, καὶ τοὐναντίον πιστουμένου τοῦ Ἑλληνικοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἀγάλματος· ἐγένετό γε μὴν δῆλος ὁ τόπος, καὶ ἐφωράθη ἡ σπουδασθεῖσα περὶ αὐτὸν πλάνη, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἀνδρὸς Ἑβραίου τῶν ἀνὰ τὴν ἕω οἰκούντων ἐκ πατρῴας γραφῆς καταμηνύσαντος· ὡς δὲ ἀληθέστερον ἐννοεῖν ἔστι, τοῦ θεοῦ ἐπιδείξαντος διὰ σημείων καὶ

ὀνειράτων· οὐ γὰρ οἶμαι τὰ θεῖα δεῖσθαι τῆς παρ᾽ ἀνθρώπων μηνύσεως, ἡνίκα ἂν δῆλα αὐτὰ τῷ θεῷ δοκῇ γενέσθαι· τηνικαῦτα οὖν κατὰ πρόσταξιν τοῦ βασιλέως, τοῦ τῇδε χώρου καθαρθέντος εἰς βάθος, ἐν μέρει τὸ τῆς ἀναστάσεως ἐφάνη ἄντρον· ἑτέρωθι δὲ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον τρεῖς εὑρέθησαν σταυροί· καὶ χωρὶς ἄλλο ξύλον ἐν τάξει λευκώματος ῥήμασι καὶ γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς, Ἑλληνικοῖς τε καὶ Ῥωμαϊκοῖς, τὰ δηλοῦν[τα], Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· καὶ ταῦτα μέν, ὡς ἡ ἱερὰ βίβλος τῶν εὐαγγελίων ἱστορεῖ, οὕτω συνέβη προγραφῆναι ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ Χριστοῦ, Πιλάτου τοῦτο προστάξαντος, τοῦ τὴν Ἰουδαίαν ἐπιτροπεύοντος. ἐργώδης δὲ ἔτι ἐτύγχανεν ἡ τοῦ θείου σταυροῦ διάκρισις, εἰ καὶ εὑρέθη, διερρυηκότος αὐτοῦ τοῦ γράμματος καὶ διερριμμένου· ἅμα δὲ καὶ τῶν τριῶν σταυρῶν χύδην διεσπαρμένων, ὥς γε εἰκός, ἐν τῇ καθαιρέσει τῶν σταυρωθέντων σωμάτων συγχυθείσης τῆς τάξεως· ἐπεὶ γὰρ οἱ στρατιῶται νεκρὸν ἐν τῷ ξύλῳ εὑρήκασι, καθελόντες αὐτόν, πρῶτον ἀπέδοντο εἰς ταφήν, κατὰ τὴν ἱστορίαν· μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ἑκατέρωθεν λῃστῶν ταχύναντες τὸν θάνατον, τὰ σκέλη κατέαξαν, καὶ τὰ ξύλα, ὅπῃ ἔτυχεν, ἄλλο ἄλλῃ ἔρριψαν· τί γὰρ καὶ ἐπιμελὲς αὐτοῖς ἐν τῇ προτέρᾳ τάξει ταῦτα ἐᾶν, ἑκάστου φθάσαι τὴν ἑσπέραν σπουδάζοντος, καὶ ἀνδρῶν βίᾳ τετελευτηκότων περὶ σταυροὺς ἐνδιατρίβειν οὐκ ἀγαθὸν ἡγουμένου· ταύτῃ οὖν ἀδήλου τυγχάνοντος ἔτι τοῦ θείου ξύλου, καὶ θειοτέρας ἢ κατὰ ἄνθρωπον δεομένου μηνύσεως, τοιόνδε τι συνέβη· γυνή τις ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις τῶν ἐπισήμων, χαλεπωτάτῃ καὶ ἀνιάτῳ νόσῳ κάμνουσα· πρὸς ταύτην κειμένην ἦλθε Μακάριος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, παραλαβὼν τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα καὶ τοὺς ἀμφ᾽ αὐτήν· εὐξάμενός τε πρότερον, καὶ σύμβολον τάξας τοῖς ὁρῶσιν, ἐκεῖνον εἶναι τὸν θεῖον σταυρόν, ὃς ἐπιτεθεὶς ἀπαλλάξει τῆς νόσου τὴν γυναῖκα, φέρων ἕκαστον αὐτῇ τῶν ξύλων προσήγαγεν· ἀλλὰ τῶν μὲν δύο ἐπιτεθέντων, οὐδὲν ὅτι μὴ λῆρος καὶ γέλως ἔδοξεν εἶναι τὸ γινόμενον, θανάτου ἐν θύραις ὄντος τοῦ γυναίου· ἐπεὶ δὲ τὸ τρίτον ξύλον ὁμοίως προσήνεγκεν, ἐξαπίνης ἀνέβλεψε, καὶ τὰς δυνάμεις ἀθροίσασα, παραχρῆμα τῆς στρωμνῆς ὑγιὴς ἀνεπήδησε· λέγεται δὲ καὶ νεκρὸν τῷ ἴσῳ τρόπῳ ἀναβιῶναι· τοῦ δὲ εὑρεθέντος θεσπεσίου ξύλου, τὸ μὲν πλεῖστον ἐν ἀργυρᾷ θήκῃ μένον ἔτι καὶ νῦν ἐν Ἱεροσολύμοις φυλάττεται· μέρος δὲ ἡ βασιλὶς πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν παῖδα διεκόμισεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἥλους, οἷς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ διαπεπερόνητο· ἐκ τούτων δὲ ἱστοροῦσι περικεφαλαίαν τὸν βασιλέα κατασκευάσαι καὶ χαλινὸν ἵππου, κατὰ τὴν Ζαχαρίου [*14, 20*] προφητείαν· ᾧ δὴ προείρηται, ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ ἔσται τὸ ἐπὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ παντοκράτορι· ὧδε γὰρ αὐταῖς λέξεσιν ὁ προφήτης φησί· ταῦτα πάλαι μὴν ἔγνωστο καὶ προείρητο τοῖς ἱεροῖς προφήταις· εἰς ὕστερον δὲ διὰ θαυμασίων ἐβεβαιοῦτο τῶν ἔργων, ὅτε ἐν καιρῷ δοκοῦν εἶναι τῷ θεῷ κατεφαίνετο· καὶ θαυμαστὸν οὔπω τοσοῦτον,

ὅπου γε καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων συνωμολόγηται, Σιβύλλης εἶναι τοῦτο·

Ὦ ξύλον μακαριστόν, ἐφ' οὗ θεὸς ἐξετανύσθη·

τοῦτο γὰρ καὶ σπουδάζων τις ἐναντίος εἶναι, οὐκ ἂν ἀρνηθείη. προὐσήμαινεν οὖν τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ σέβας. τάδε μὲν ἡμῖν, ὡς παρειλήφαμεν, ἱστόρηται, ἀνδρῶν τε ἀκριβῶς ἐπισταμένων ἀκούσασιν, εἰς οὓς ἐκ διαδοχῆς πατέρων εἰς παῖδας τὸ μανθάνειν παρεγένετο, καὶ ὅσοι γε αὐτὰ δὴ ταῦτα συγγράψαντες, ὡς δυνάμεως εἶχον, τοῖς ἔπειτα καταλελοίπασιν.

Theodoretus hist. eccl. I c. 17: Αὕτη (τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ) τῶν τῆς ὁδοιπορίας πόνων ἀνασχομένη, καὶ τοῦ γήρως οὐ λογισαμένη τὰ πάθη· πρὸ γὰρ ὀλίγου τῆς τελευτῆς τὴν ἀποδημίαν ταύτην ἐποιήσατο, ὀγδοηκοντοῦτις δὲ τὸ τέρμα τοῦ βίου κατείληφεν. ἐπειδὴ δὲ τὸ χωρίον ἐκεῖνο εἶδε, τὸ τῆς κοινῆς σωτηρίας τὰ πάθη δεξάμενον, εὐθὺς μὲν τὸν μυσαρὸν ἐκεῖνον νεὼν καταλυθῆναι καὶ τὸν χοῦν ἐκφορηθῆναι προσέταξε. δήλου δὲ τοῦ κεκρυμμένου τάφου γεγενημένου, ὤφθησαν τρεῖς παρὰ τὸ μνῆμα τὸ δεσποτικὸν κατεχωσμένοι σταυροί. καὶ ὅτι μὲν εἷς ἐκ τούτων ὁ τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐτύγχανεν ὤν, οἱ δ' ἕτεροι τῶν σὺν αὐτῷ προσηλωθέντων λῃστῶν, ἀναμφισβητήτως ἐπίστευον ἅπαντες. ἠγνόουν δὲ ὅμως τὸν τῷ δεσποτικῷ πελάσαντα σώματι καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τὴν λιβάδα δεξάμενον. ἀλλ' ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος καὶ θεῖος ὄντως Μακάριος, ὁ τῆς πόλεως πρόεδρος, τοιῷδε πόρῳ τὴν ἀπορίαν διέλυσε. γυναικὶ γὰρ περιφανεῖ, νόσῳ κατεχομένῃ μακρᾷ, ἕκαστον τῶν σταυρῶν ἐκείνων μετὰ προσευχῆς σπουδαίως προσενεγκὼν ἔγνω τοῦ σωτηρίου τὴν δύναμιν. παραυτίκα γὰρ οὗτος τῷ γυναίῳ πελάσας τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ἐξήλασε νόσον καὶ τὴν ἄνθρωπον ἀπέφηνεν ὑγιᾶ. οὕτω δὲ τοῦ βασιλέως ἡ μήτηρ μαθοῦσα τὸ ποθούμενον, τῶν ἥλων τὰ μὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐνέβαλε κράνος, τῆς τοῦ παιδὸς κεφαλῆς προμηθουμένη, ἵνα τὰ τῶν πολεμίων ἀποκρούηται βέλη· τὰ δὲ τῷ τοῦ ἵππου ἀνέμιξε χαλινῷ, καὶ ἀσφάλειαν μηχανωμένη τῷ βασιλεῖ, καὶ παλαιᾷ προφητείᾳ πέρας ἐπιτιθεῖσα· πόρρωθεν γὰρ Ζαχαρίας ὁ προφήτης ἐβόα· ‘Καὶ ἔσται τὸ ἐπὶ τῷ χαλινῷ τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ κυρίῳ παντοκράτορι.’ τοῦ δὲ σωτηρίου σταυροῦ μοῖραν μέν τινα τοῖς βασιλείοις ἀπένειμε· τὸ δὲ λοιπόν, θήκην ἐξ ὕλης ἀργύρου ποιησαμένη, τῷ τῆς πόλεως δέδωκεν ἐπισκόπῳ φυλάττειν, παρεγγυήσασα ταῖς ἔπειτα γενεαῖς τὰ τῆς σωτηρίας μνημόσυνα· πάντοθεν δὲ παντοδαπῆς ὕλης τεχνίτας ἀγείρασα, τοὺς μεγίστους ἐκείνους καὶ λαμπροτάτους νεὼς ἐδομήσατο.

E Socrate, Sozomeno, Theodoreto hausit Cassiodorius hist. eccl. tripart. II c. 18 ed. Garet. II p. 215. Cf. comm. in psalm. 86 (t. II p. 279): Ibi (in Ierusalem) crux illa salutis et gloriae loci reuerentiam consecrauit.

S. Leonis M. epist. 139 [4. sept. 454] ad Iuuenalem ep. Hierosolym. (Opp. ed. Ball. Ven. 1753 t. I col. 1289 = Concil. Mansi VI 297): Hoc tibi ipsa crux indesinenter loquitur.

Moses Chorenensis [c. a. 470] Historiae Armeniacae lib. II c. 84 p. 218 (Latine uerterunt notisque illustrarunt Gul. et Georgius, G. Whistoni filii. Londini 1736. 4°).

Mōr Yakūb episcopus Sarugensis [451—521] sermonem de inuentione s. crucis sub Helena scripsit; cf. Ios. Sim. Assemani Bibliotheca orientalis Clementino-Vaticana t. I p. 328 nr. 188; extat codex Brit. Mus. Add. 12165 f. 337^{v}.

Lazarus Pharpensis Historia Armeniorum a. 388—485. Ed. Ven. 1873.

S. Gelasii I. papae epist. 42 seu Decretalis de recipiendis et non recipiendis libris [a. 496, secundum Duchesne non ante priorem partem saec. VI] (Epistolae Romanorum pontificum ed. Thiel. Tom. I [1868] p. 460) quae transiit in Gratiani decr. I D. 15 c. 3 §. 19 sq.): Item actus beati Siluestri apostolicae sedis praesulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Romana catholicis legi cognouimus, et pro antiquo usu multae hoc imitantur ecclesiae. Item scriptura de inuentione crucis dominicae, et alia scriptura de inuentione capitis beati Iohannis baptistae [a. 453 latine uertit Dionysius Exiguus, Migne P. L. t. 67 p. 417—432], nouellae quidem relationes sunt, et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum haec ad catholicorum manus aduenerint, beati Pauli apostoli praecedat sententia (*I. Thess. 5, 21*): Omnia probate, quod bonum est tenete.

Auitus Symmacho papae urbis epist. (ad diu. 20 [18] p. 53 Peiper): Etiamsi pignus reliquiarum sacrae crucis putamus esse uobiscum, a sancto tamen Aeliae urbis antistite hanc specialiter munificentiam credimus expetendam. Qui re uera sacramenti istius ueram et inuiolabilem puritatem loci administratione conseruans, sic desiderabili potens est impertire nos dono, ut ab omni cunctationis absoluat ambiguo.

Idem papae Hierosolymitano (epist. 25 [23] p. 56, 26—57, 6: Vnde obligatus dignationi uestrae debito largitatis per ipsum dependo gratiarum uota, per quem ad me munera peruenerunt non quantitatis pretiis, sed salutis praemiis aestimanda. Ditastis namque sanctificationis opibus pauperiem orbis extremi et obscuritatem solis occidui participato nobiscum fulgidi ortus lumine contigistis. Tersit a prouinciis nostris torpentis religionis rubiginem claritas doni, quae boni supercurrentis irriguo fidem nostram contemplatione munerata

est, cum patefactis in aetate uestra penetralibus caelestium thesaurorum quicquid catholici credere iubemur, inspeximus. Orate, quod superest, ut dignis talia miseritis: commendate nos mysteriis, quae nobis committenda duxistis. Aedificetur his deuotio nostra, regio defendatur, ut indulto nobis pignore salutari, quos terrestris Hierosolymae consortio non censuistis indignos, supernae ac caelestis habitaculo reddatis idoneos.

Excerpta latina barbari e libro Cl. Puteani Paris. 4884 f. 58 v. ed. Schoene, Euseb. I p. 234: Co̩nstantio i Augusto sexto et Licinio minimo primo. Eodem anno manefestatum est honorabile lignum crux dn͠i et saluatoris nostri Ihū Xp͠i in Hierusolima per beatam Helenam imperatrissam et matrem Constantini VIII kł decembris (XVIII kal. octob. coni. Scaliger) quod est thoth XVII.

Liber pontificalis p. 75 Duchesne: Fuit (Eusebius papa a. 309) temporibus Constantini: Sub huius tempora inuenta est crux domini nostri Iesu Christi V. non. mai., et baptizatus est Iudas Quiriacus. Cf. Eusebii papae epistula suppositicia 25. aug. 309 ad episcopos per Campaniam et Tusciam constitutos (Conc. Mansi II col. 424): Crucis ergo domini nostri Iesu Christi, quae nuper, nobis gubernacula sanctae Romanae ecclesiae tenentibus, quinto nonas maias inuenta est, in praedicto kalendarum die inuentionis festum uobis solenniter celebrare mandamus. — Catalogus Felicianus, uita s. Siluestris: Eodem tempore fecit Constantinus Aug. basilica in palatio Sessoriano, ubi etiam de ligno sanctae crucis domini nostri Iesu Christi auro et gemmis conclusit.

Theodosius de situ terrae sanctae c. a. 530 ed. Gildemeister, Bonn 1882: (42) De Caluarie loco usque in Golgotham passus XV, ubi crux domini inuenta est. (84) Inuentio sancte crucis, quando inuenta est ab Helena matre Constantini XVII kal. octobris, et per septem dies in Hierusalem ibi ad sepulcrum domini misse celebrantur et ipsa crux ostenditur. Cod. Sangall. 732 p. 101 sq.: Postea in medio ciuitatis est basilica cubiculus ubi posita est crux domini nostri Ihesu Christi. Postea intrans in basilica ibi inuente tres cruces absconditas; [in Itiner. Hierosolymit. ed. Tobler et Molinier I p. 64 interpolantur haec: Sunt tamen, qui affirmant partem omnem, que corpus domini contigit nudum et sanguine eius tincta fuit, ab omni humano tactu atque conspectu statim in celum raptam fuisse eamque demum in iudicio apparituram *)]

---

*) Cf. s. Chrysostomi de cruce et latrone homil. I (Opp. t. II p. 407 Montf.): Εἶδες πῶς καὶ βασιλείας ὁ σταυρὸς σύμβολον; βούλῃ καὶ ἑτέρωθεν τοῦτο μαθεῖν; οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν

et erat ibi altarius de auro et de argento . . . et in circuitu montis sunt cancelle de argento et ibi est esca ubi fuit persuscitatus; per quem fuit crux Christi declarata et ipsa crux est de auro et gemmas ornata et celum desuper aureum et deforas habet cancellum.

Imp. Iustiniani Constit. 31 [a. 535] (Auth. 28. Nou. 28), 1 p. 183 Zach.: Ἑλενόποντον γὰρ ἅπαϲ καλείϲθω, τοῦτο δὴ τὸ τεθὲν αὐτῷ παρὰ Κωνϲταντίνου τοῦ τῆϲ εὐϲεβοῦϲ λήξεωϲ ὄνομα προφάϲει τῆϲ ϲεμνοτάτηϲ αὐτοῦ μητρόϲ, Ἑλένηϲ φαμὲν τῆϲ εὐϲεβοῦϲ τὴν λῆξιν, ἥπερ ἡμῖν καὶ τὸ θεῖον τῶν Χριϲτιανῶν ἐξεῦρε ϲύμβολον.

Procopius de bello Persico II 11: Ἐπεὶ δὲ τὰ κειμήλια ὁ Χοϲρόηϲ ξύμπαντα εἷλε καὶ αὐτὸν μεθύοντα ἤδη τῇ τῶν χρημάτων ἀφθονίᾳ ὁ Θωμᾶϲ εἶδε, τὸ τοῦ ϲταυροῦ ξύλον ξὺν τῇ θήκῃ ἐξενεγκὼν ἀνέῳγέ τε τὴν θήκην καὶ τὸ ξύλον ἐνδεικνύμενοϲ ‘Ὦ κράτιϲτε βαϲιλεῦ’ ἔφη ‘ταῦτά μοι ἀπολέλειπται μόνα ἐκ πάντων χρημάτων. θήκην μὲν οὖν τήνδε (χρυϲῷ τε γὰρ κεκαλλώπιϲται καὶ λίθοιϲ ἐντίμοιϲ) φθόνοϲ οὐδεὶϲ λαβόντα ϲε ξὺν τοῖϲ ἄλλοιϲ ἅπαϲιν ἔχειν, τουτὶ δὲ τὸ ξύλον ϲωτήριόν τε ἡμῖν καὶ τίμιόν ἐϲτι, τοῦτο, ἱκετεύω ϲε καὶ δέομαι, δόϲ μοι. ὁ μὲν ἱερεὺϲ τοϲαῦτα εἶπε. ξυνεχώρει δὲ ὁ Χοϲρόηϲ καὶ τὴν δέηϲιν ἐπιτελῆ ἐποίει.

Antoninus martyr de locis sanctis 20, c. a. 570 (Itinera Hieros. I p. 102—103): De Golgotha usque ad locum, ubi inuenta erat crux, sunt gressus quinquaginta. In basilica Constantini coherente circa monumentum uel Golgotha, in atrio ipsius basilice, est cubiculum, ubi lignum sancte crucis positum est, quod adorauimus et osculati sumus; nam et titulum, qui super caput Iesu positus erat, in quo scriptum est ‘Iesus Nazarenus rex Iudeorum’ uidi et in manu mea tenui et osculatus sum. Quod lignum crucis de nuce est. Procedente sancta cruce ad adorandum de cubiculo suo et ueniente in atrium, ubi adoratur, eadem hora stella apparet in celo et uenit super locum, ubi crux residet. Et dum adoratur crux, stat supra eam stella, et offertur oleum ad benedicendum ampullis mediis; hora uero, qua tetigerit lignum crucis has ampullas, mox ebullit oleum foras, et nisi citius claudantur, totum refunditur foras. Reuertente cruce in locum suum, stella pariter reuertitur, et post reclusam crucem ultra non apparet stella.

S. Gregorii Turonensis liber in gloria martyrum c. 5: Crux dominica, quae ab Helena Augusta reperta est Hierusolymis, ita quarta et sexta feria adoratur. . . Speciosi autem omni-

---

εἶναι ἐπὶ τῆϲ γῆϲ, ἀλλ’ ἀνέϲπαϲεν αὐτὸν καὶ ἐϲ τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐπειδὴ μετ’ αὐτοῦ μέλλει ἔρχεϲθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουϲίᾳ.

que metallo nobiliores dominicae crucis claui, qui beata membra tenuerunt, ab Helena regina post ipsius sacrae crucis inuentione reperti sunt; et de duobus quidem frenum imperatoris muniuit, quo facilius, si aduersae gentes restitissent principi, hac uirtute fugarentur. De quibus non est ignotum Zacchariam uaticinasse prophetam: 'Erit' inquit 'quod in os equi ponitur, sanctum domini' . . . . tertius proiectus in fretum*), quartum adserunt esse defixum in capite statuae Constantini. . . . Hist. Franc. I 36 (alterius recensionis): 'Huius (Constantini) tempore uenerabile crucis dominicae lignum per studium Aelenae matris repertum est, prodente Iuda Hebraeo, qui post baptismum Quiriacus est uocitatus.

Vita s. Theodori Siceotae († 22. apr. 613) 4, 24 ap. H. Vsener, Religionsgeschichtliche Untersuchungen I p. 285[37]: Καταλαβὼν δὲ τὴν πόθῳ ἐπιζητουμένην τῶν ἁγίων τόπων Χριστοῦ πόλιν Ἱερουσαλὴμ καὶ προσκυνήσας τὸν τίμιον σταυρὸν καὶ τὴν ζωοποιὸν ἀνάστασιν τήν τε τιμίαν [τὴν μίαν cod. Marcian. 359 f. 205[r]] φάτνην καὶ τὴν ἔνδοξον ἀνάληψιν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἁγιάσματα τῶν ὑπομνημάτων τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, περιῆλθε καὶ τὰ μοναστήρια πάντα καὶ τοὺς ἐν τοῖς κελλίοις πέριξ καθειργμένους πατέρας καὶ τοὺς ἐν τῇ ἐνδοτέρᾳ ἐρήμῳ ἰδιάζοντας εὐλογούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν ἑκάστου τῶν σπουδαιοτέρων πολιτείαν καταμανθάνων ἐσημειοῦτο πρὸς τὸ μιμήσασθαι.

DE CVSTODIA CRVCIS TESTIMONIVM ANTIQVISSIMVM.

Vita s. Porphyrii ep. Gazensis auctore Marco Diacono, interprete Gentiano Herueto cap. 2 [Acta SS. Boll. 26. febr. III p. 647]: (10) Cum haec ita se haberent, audisset autem s. Porphyrii nomen et uitam, qui erat sanctorum locorum sacerdos, Praylius eum accersiit et inuitum ordinauit presbyterum. Quin etiam ei credidit custodiam uenerandi ligni crucis (*c. a. 393*) . . (14) Cum adorassemus sancta loca et uenerandam crucem isque multum esset precatus et lacrimatus, reposuit in aurea theca uenerandam et uiuificam crucem: et cum eam tuto clausisset, exiit, et uadens ad b. Praylium episcopum, tradidit ei claues.

---

*) Cf. Auiti ex homil. lib. XXIII p. 140—141 Peiper: 'dimerso in quoddam herbidum clauo'.




U. C. BERKELEY LIBRARIES
C047796251



